

Sorbens preterita, presentia, posteriora.
 Cuiusvis sexus, etatis, condicionis
 Mortales iurat mors esse suę dicionis.
 Mors pueros, iuvenes unco rapit et seniores, 140
 Induperatores, locupletes, pauperiores.
 Ipsum tetrarum dominatorem tenebrarum
 Dicunt inमितem variato nomine Ditem,
 Quodque caducarum sit preses diviciarum.
 He quia conduntur terra latebrisque fruuntur, 145
 Fingitur (et vere) sub terra Pluto manere.
 Tres ibi seu Parce, seu fata latere feruntur,
 Que minime parcunt minimeque futura locuntur.
 Hec vocat in lucem; Lachesis vitam moderatur;
 Que necat, Atropos est, et nulli propiciatur. 150
 Per ternas furias furor omnis rite notatur,
 Effectus cuius fore triplex significatur.
 Concipimus primo ferventi bile furorem;
 Pandimus iniustum clamosa voce dolorem; p. 115a
 Cum crebro studio furiam perducis ad actum. 155
 Est, quitquit poterit spumans insania, factum.“

Denuo cornutus Pan succinit ista locutus:
 „Hec et complura secreta palacia dura
 Celant ignota, que non licet edere tota.
 Horum sed quedam vobis specialiter edam: 160
 Orpheus Euridicen ad Tartara tetra sequendo
 Dulce canens recipit, sed perdit retro videndo.
 Sic e mundanis animam quicumque levabit,
 Perstet; nempe parum, nisi stet, cepisse iuvabit.

139] Dieser Vers ist nachträglich interlinear eingefügt. 143–144] Vgl. Fulgentius, Mitol. I, c. 38: plutos enim Grece diuitiae dicuntur. 147–156] Vgl. Fulgentius, Mitol. I, c. 40 (Fabula de Fatis). 148] Dieser Vers befindet sich in der Hs. fälschlich zwischen v. 145 und v. 146. Die notwendige Verschiebung wird durch einen Pfeil sowie durch das Wort huc signalisiert. 149 Hec] = Clotho. 161–164] Vgl. Fulgentius, Mitol. II, c. 130–132 (Fabula Orphei et Euridicis).